


BOLETIN OFICIAL



DEL
OBISPADO DE LEÓN

SUMARIO.—Visita del Ilmo. Sr. Obispo al Seminario de Valderas.—
Sagrada Penitenciaría Apostólica: Sobre el Vía-Crucis y las Indulgencias
 anexas al mismo; idem concediendo Indulgencias a los sacerdotes que
 reciten cierta oración después de la Misa.—Importantísimos cánones del
 «Codex iuris canonici»: Normae generales: De personis: De obligatio-
 nibus clericorum: De vicariis foraneis.—Edicto del Provisorato: decla-
 rando vacantes los curatos de Bolaños de Campos y Mogrovejo.—Edicto
 para la commutación de rentas de la Capellanía de S. Facundo de Vega
 de Villalobos.—Collationes Morales.—Nombramientos.—Ejercicios cua-
 resmales en la Ciudad.—Celebración de las Funciones de Semana Santa.
 Misiones en Potes.—Peregrinación al sepulcro de San Pascual Bailón.—
 Suscripciones.—Necrología.—Bibliografía.

Visita del Ilmo. Sr. Obispo al Seminario de Valderas

El día 18 del pasado mes, en el tren de las 11 y media
 llegó a la Villa de Valderas nuestro Rvdmo. Prelado, con
 el exclusivo objeto de visitar aquel Seminario Conciliar;
 en la estación fué recibido por el M. I. Sr. Rector, claus-
 tro de Profesores y alumnos todos del Seminario, así
 como por el Rvdo. Sr. Ecónomo, clero de la parroquia,
 significados particulares y pueblo en masa.

En los días 19 y 20 celebró la Santa Misa en la Capilla del Seminario, distribuyendo la Sagrada Comunión a todos los seminaristas, y el mismo día 19 asistió de medio Pontifical a la Misa solemne que en honor de San José se celebró en la Iglesia parroquial, la que se hallaba atestada de fieles y en la que predicó el Rvdo. Sr. Dr. don Mariano Ortega, Catedrático del Seminario.

Durante su estancia en el Seminario dirigió varias veces su autorizada palabra a sus queridos seminaristas, y visitó todas las dependencias de aquel Centro de Estudios, regresando el día 20 por la tarde a esta altamente complacido y satisfecho de su visita.

Sacra Poenitentiaria apostolica

Sectio de Indulgentiis

I.

DECRETUM

Solvuntur dubia circa pium Viae Crucis exercitium et Indulgencias eidem adnexas rite lucrandas.

Postquam, die 24 iulii 1912, a Suprema Sacra Congregatione S. Officii promulgatum fuit Decretum de Indulgentiis pio Viae Crucis exercitio adnexis, nonnulla dubia oborta sunt, quae Sacrae Poenitentiariae Apostolicae Tribunal solvenda sunt proposita; videlicet:

I. Utrum praedictum Decretum abrogaberit etiam

pias Uniones et pia Exercitia «Viae Crucis Perpetuae» et «Viae Crucis Viventis», cum indulgentiis quae eisdem respective sunt adnexae?

II. Utrum abrogatio coronarum, quas vocant Viae Crucis, et cuiusvis concessionis, quae ante abrogationis Decretum fuerant legitime benedictae, indulgentiis ditatae et fidelibus iam distributae?

III. An per idem Decretum censendus sit abolitus usus crucium vel crucifixorum, quibus per facultates speciales, cuicunque tributas, adnexae fuerant indulgentiae Viae Crucis, lucranda ab iis etiam qui nullo detinentur impedimento ab exercitio rite obeundo; et an huiusmodi cruces et crucifixi, qui fuerint iam benedicti et distributi, in posterum pro lucrandis indulgentiis valeant tantum in casu legitimi impedimenti?

IV. Utrum in usu crucifixorum cum adnexis indulgentiis Viae Crucis rite benedictorum, ad indulgentias lucrandas, requiratur Passionis Dominicae meditatio, vel saltem pia ejusdem recordatio; an sola suficiat statutarum precum recitatio, viginti nempe *Pater* cum totidem *Ave Maria* et *Gloria*?

V. An laudato Decreto abrogata fuerint etiam Indulta, quibus confessariis aliisve concessa est facultas impeditis commutandi preces iniunctas in alia pia opera?

VI. An eodem Decreto abolitae sint etiam illae concessiones, quibus permittitur, in stationibus singulis rite visitandis, ut multitudo populi fidelis in suo loco consistat, ibique pro qualibet statione assurgat tantum et genuflecta?

Et Sacra Poenitentiaria respondendum censuit:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. *Affirmative* ad utramque partem.

Ad IV. *Affirmative* ad primam partem; *Negative* ad secundam.

Ad V. *Negative*, dummodo usus crucifixi benedicti non omittatur, et aliqua saltem addatur pia Passionis Dominicae memoria.

Ad VI. *Negative*, si agatur de publico exercitio in ecclesia, quod a multitudine fidelium in communi peragatur.

Quae responsa, in audientia diei 7 decembris vertentis anni ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori relata, SSmus. D. N. Benedictus div. Prov. Pp. XV adprobare rataque habere, contrariis quibuscumque non obstantibus, dignatus est, ac publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae in S. Poenitentiaria, die 14 Decembris 1917.

GULIELMUS M. CARD. VAN ROSSUM, *Poenit. Maior.*

L. ☧ S.

F. Borgongini-Duca, *S. P. Secretarius.*

* * *

II.

CONCEDITUR INDULGENTIA C DIERUM SACERDOTIBUS RECINTANTIBUS QUANDAM ORATIONEM POST MISSAM.

Oratio ad Sanctum in cuius honorem Missa celebrata est.

«Sancte N., in cuius honorem incruentum Corporis et Sanguinis Christi sacrificium obtuli, fac tua potentia apud Deum intercesione, ut, usu huius mysterii, passionis et mortis eiusdem Christi Salvatoris nostri me-

«rita consequar, ac, cum ilius frequentatione, continuo
crescat meae salutis effectus Amen.»

Die 16 novembris 1917

Ssmus. D. N. D. Benedictus div. Pp. XV, in audien-
tia infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori imperti-
to, omnibus et singulis sacerdotibus qui, peracto Ss.
Missae sacrificio, supra reletam Orationem ad Sanctum,
in cuius honorem Missa celebrata est, recitaverint, in-
dulgentiam centum dierum, animabus etiam christifi-
delium in gratia Dei vita functorum applicabilem, semel
in die lucrandam, benigne concessit. Pracsenti in per-
petuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Con-
trariis quibusquamque non obstantibus.

GULIELMUS M. CARD, VAN ROSSUM, *Poenit. Maior.*

L. ✠ S.

F. Borgongini-Duca, *Secretarius.*

IMPORTANTÍSIMOS CANONES del «Codex Iuris Canonici»

Secundando los deseos de nuestro Rvdmo. Pre-
lado, manifestados en su Circular núm 70 dirigida
al venerable Clero de la Diócesis y publicada en el
anterior número de este BOLETIN, recomendando la
necesidad de estudiar y conocer el precioso Código
de Derecho Canónico, que empezará a regir en la

próxima fiesta de Pentecostés, 19 de Mayo, desde este número y en los sucesivos se insertarán aquellos canones que más conviene sepan los Rvdos. Sacerdotes, ya por que a ellos se refieren inmediatamente, o ya por la relación que tienen con el ejercicio de su sagrado ministerio, aconsejando, no obstante, a todos que adquieran tan precioso libro en el que se hallan reunidas y recogidas todas las leyes eclesiásticas.

LIBER PRIMUS
NORMAE GENERALES

CAN. 12.

*L*egibus mere ecclesiasticis non tenentur qui baptismum non receperunt, nec baptizati qui sufficienti rationis usu non gaudent, nec qui, licet rationis usum assecuti, septimum aetatis annum nondum expleverunt, nisi aliud iure expresse caveatur.

CAN. 13.

§ 1 Legibus generalibus tenentur ubique terrarum omnes pro quibus latae sunt.

§ 2. Legibus conditis pro peculiari territorio ii subiiciuntur pro quibus latae sunt quique ibidem domicilium vel quasi-domicilium habent et simul actu commorantur, firmo praescripto can. 14.

CAN. 14.

§ 1. Peregrini:

1.º Non adstringuntur legibus particularibus sui territorii quandiu ab eo absunt, nisi aut earum transgressio in proprio territorio noceat, aut leges sint personales;

2.º Neque legitus territorii in quo versantur, iis exceptis quae ordini publico consulunt, vel actuum sollemnia determinant;

3.º At legibus generalibus tenentur, etiamsi hae suo

in territorio non vigeant, minime vero si in loco in quo versantur non obligent.

§ 2. Vagi obligantur legibus tam generalibus quam particularibus quae vigeant in loco in quo versantur.

CAN. 33.

§ 1. In supputandis horis diei standum est communis loci usui; sed in privata Missæ celebratione, in privata horarum canonicarum recitatione, in sacra communione recipienda et in iejunii vel abstinentiae lege servanda, licet alia sit usualis loci supputatio, potest quis sequi loci tempus aut locale sive verum sive medium, aut legale sive regionale sive aliud extraordinarium.

CAN. 81.

A generalibus Ecclesiae legibus Ordinarii infra Romanum Pontificem dispensare nequeunt, ne in casu quidem peculiari, nisi haec potestas eisdem fuerit explicite vel implicite concessa, aut nisi difficilis sit recursus ad Sanctam Sedem et simul in mora sit periculum gravis damni, et de dispensatione agatur quae a Sede Apostolica concedi solet.

CAN. 83.

Parochi nec a lege generali nec a lege peculiari dispensare valent, nisi haec potestas expresse eisdem concessa sit.

LIBER SECUNDAS
DE PERSONIS

CAN. 92.

§ 1. Domicilium acquiritur commoratione in aliqua paroecia aut quasi-paroecia, aut saltem in dioecesi, vicariatu apostolico, praefectura apostolica; quae commoratio vel coniuncta sit cum animo ibi perpetuo manendi, si nihil inde avocet, vel sit protracta ad decennium completum.

§ 2. Quasi-domicilium acquiritur commoratione uti

supra, quae vel coniuncta sit cum animo ibi manendi saltem ad maiorem anni partem, si nihil inde avocet, vel sit reapse protracta ad maiorem anni partem.

§ 3. Domicilium vel quasi-domicilium in paroecia vel quasi-paroecia dicitur *paroeciali*; in diocesi, vicariatu, praefectura, non autem in paroecia vel quasi-paroecia, *dioecesanum*.

CAN. 94.

§ 1. Sive per domici'um sive per quasi-domicilium suum quisque parochum et Ordinarium sortitur.

§ 2. Proprius vagi parochus vel Ordinarius est parochus vel Ordinarios loci in quo vagus actu commoratur

§ 3. Illorum quoque qui non habent nisi dioecesanum domicilium vel quasi-domicilium pa'ochus proprius est parochus loci in quo actu commorantur.

CAN. 95.

Domicilium et quasi-domicilium amittitur discessione a loco cum animo non revertendi, salvo praescripto can. 93.

CAN. 96.

§ 1. Consanguinitas computatur per lineas et gradus.

§ 2. In linea recta, tot sunt gradus quot generationes, seu quot personae, stipite dempto.

§ 3. In linea obliqua, si tractus uterque sit aequalis, tot sunt gradus quot generationes in uno tractu lineae: si duo tractus sint inaequales, tot gradus quot generationes in tractu longiore.

CAN. 97.

§ 1. Affinitas oritur ex matrimonio valido sive rato tantum sive rato et consummato.

§ 2. Viget inter virum dumtaxat et consanguineos mulieris, itemque mulierem inter et viri consanguineos.

§ 3. Ita computatur ut qui sunt consanguinei viri, iidem in eadem linea et gradu sint affines mulieris, et viceversa,

CAN. 120.

§ 1. Clerici in omnibus causis sive contentiosis sive criminalibus apud iudicem ecclesiasticum conveniri debent, nisi aliter pro locis particularibus legitime providedum fuerit.

§ 2. Patres Cardinales, Legati Sedis Apostolicae, Episcopi etiam titulares, Abbates vel Praelati nullius, supremi religionum iuris pontificii Superiores, Officiales maiores Romanae Curiae, ob negotia ad ipsorum munus pertinentia, apud iudicem laicum conveniri nequeunt sine venia Sedis Apostolicae; ceteri privilegio fori gaudentes, sine venia Ordinarii loci in quo causa peragitur; quam tamen licentiam Ordinarius, praesertim cum actor est laicus, ne deneget sine iusta et gravi causa, tum maxime cum controversiae inter partes componendas frustra operam dederit.

§ 3. Si nihilominus ab eo qui nullam praehabuerit veniam, convenientur, possunt, ratione necessitatis, ad vitanda maiora mala comparere, certiore tamen facto Superiori a quo venia obtenta non fuit.

TITULUS III

De obligationibus clericorum

CAN. 124

Clerici debent sanctiorem prae laicis vitam interiorē et exteriorē ducere eisque virtute et recte factis in exemplum excellere.

CAN. 125

Curent locorum Ordinarii:

1.º Ut clericī omnes poenitentiae sacramento frequenter conscientiae maculas eluant;

2.º Ut iidem quotidie orationi mentali per aliquod tempus incumbant, sanctissimum Sacramentum visitent, Deiparam Virginem mariano rosario colant, conscientiam suam discutiant,

CAN. 126

Onnes sacerdotes saeculares debent tertio saltem quoque anno spiritualibus exercitiis, per tempus a proprio Ordinario determinandum in pia aliqua religiosave domo ab eodem designata vacare; neque ab eis quisquam eximatur, nisi in casu particulari, iusta de causa ac de expressa eiusdem Ordinarii licentia.

CAN. 127

Onnes clerci, praesertim vero presbyteri, speciali obligatione tenentur suo quisque Ordinario reverentiam et obedientiam exhibendi.

CAN. 128

Quoties et quandiu id, iudicio proprii Ordinarii, exigat Ecclesiae necessitas, ac nisi legitimum impedimentum excuset, suscipiendum est clericis ac fideliter implementum munus quod ipsis fuerit ab Episcopo commissum.

CAN. 129

Clerici studia, praesertim sacra, recepto sacerdotio, ne intermittant; et in sacris disciplinis solidam illam doctrinam a maioribus traditam et communiter ab Ecclesia receptam sectentur, devitantes profanas vocum novitates et falsominis scientiam.

CAN. 130

§ 1. Expleto studiorum curriculo, sacerdotes omnes, etsi beneficium paroeciale aut canonicale consecuti, nisi ab Ordinario loci ob iustum causam fuerint exempti, examen singulis annis saltem per integrum triennium in diversis sacrarum scientiarum disciplinis, antea opportune designatis, subeant secundum modum ab eodem Ordinario determinandum.

§ 2. In collatione officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum ratio habeatur eorum, qui, ceteris paribus, in memoratis periculis magis praestiterunt,

CAN. 131

§ 1. In civitate episcopali et in singulis vicariatibus foraneis saepius in anno, diebus arbitrio Ordinarii loci praestituendis, conventus habeantur, quos *collationes* seu *conferentias* vocant, de re morali et liturgica; quibus addi possunt aliae exercitationes, quas Ordinarius oportunas iudicaverit ad scientiam et pietatem clericorum promovendam.

§ 2. Si conventus haberi difficile sit, resolutae quaestiones scriptae mittantur, secundum normas ab Ordinario statuendas.

§ 3. Conventui interesse, aut, deficiente conventu, scriptam casuum solutionem mittere debent, nisi a loci Ordinario exemptionem antea expressa obtinuerint, tum omnes sacerdotes saeculares, tum religiosi licet exempti curam animarum habentes et etiam, si collatio in eorum domibus non habeatur, alii religiosi qui facultatem audiendi confessiones ab Ordinario obtinuerunt.

CAN. 132

§ 1. Clerici in maioribus ordinibus constituti a nuptiis arcentur et servandae castitatis obligatione ita tenentur, ut contra eandem peccantes sacrilegii quoque rei sint, salvo praescripto can. 214, § 1.

§ 2. Clerici minores possunt quidem nuptias inire, sed, nisi matrimonium fuerit nullum vi aut metu eisdem incusso, ipso iure e statu clericali decidunt.

§ 3. Coniugatus qui sine dispensatione apostolica ordines maiores, licet bona fide, suscepit, ab eorundem ordinum exercitio prohibetur.

CAN. 133

§ 1. Caveant clerici ne mulieres, de quibus suspicio esse possit, apud se retineant aut quoquo modo frequenter.

§ 2. Eisdem licet cum illis tantum mulieribus coha-

bitare in quibus nat'rale foedus nihil mali permittit suspicari, quales sunt mater, soror, amita et huiusmodi, aut a quibus spectata morum honestas, cum provectione aetate coniuncta, omnem suspicionem amoveat.

§ 3. Iudicium an retinere vel frequentare mulieres, etiam illas in quas communiter suspicio non cadit, in peculiari aliquo casu scandalo esse possit aut incontinentiae afferre periculum, ad Ordinarium loci pertinet, cuius est clericos ab hac retentione vel frequentatione prohibere.

§ 4 Contumaces presumuntur concubinarii.

CAN. 134

Consuetudo vitae communis inter clericos laudanda ac suadenda est, eaque, ubi viget, quantum fieri potest, servanda

CAN. 135

Clerici, in maioribus ordinibus constituti, exceptis iis de quibus in can. 213, 214, tenentur obligatione quotidie horas canonicas integre recitandi secundum proprios et probatos liturgicos libros.

CAN. 136

§ 1. Omnes clerici decentem habitum ecclesiasticum, secundum legitimas locorum consuetudines et Ordinarii loci praescripta, deferant, tonsuram seu coronam clericalem, nisi recepti popularum mores aliter ferant, gestent, et capillorum simplicem cultum adhibeant.

§ 2. Annulo ne utantur, nisi id ipsis a iure aut apostolico privilegio sit concessum.

§ 3. Clerici minores qui propria auctoritate sine legitima causa habitum ecclesiasticum et tonsuram dimiserint, nec, ab Ordinario moniti, sese intra mensem emendaverint, ipso iure e statu clericali decidant.

CAN. 137

A fideiubendo, etiam de bonis propriis, clericus prohibetur, inconsulto loci Ordinario.

CAN. 138

Clerici ab iis omnibus quae statum suum dedecent prorsus abstineant: indecoras artes ne exerceant; aleatoriis ludis, pecunia exposita, ne vacent; arma ne gestent, nisi quando iusta timendi causa subsit; venationi ne indulgeant, clamorosam autem nunquam exerceant; tabernas aliaque similia loca sine necessitate aut alia iusta causa ab Ordinario loci probata ne ingrediantur.

CAN. 139

§ 1. Ea etiam quae, licet non indecora, a clericali tamen statu aliena sunt, vitent.

§ 2. Sine apostolico indulto medicinam vel chirurgiam ne exerceant; tabelliones seu publicos notarios, nisi in Curia ecclesiastica, ne agant; officia publica, quae exercitium laicalis iurisdictionis vel administrationis secumferunt, ne assumant.

§ 3. Sine licentia sui Ordinarii ne ineant gestiones bonorum ad laicos pertinentium aut officia saecularia quae secumferant onus reddendarum rationum; procuratoris aut advocati munus ne exerceant, nisi in tribunali ecclesiastico, aut in civili quando agitur de causa propria aut suaे ecclesiae; in laicali iudicio criminali, gravem personalem poenam prosequente, nullam partem habeant, ne testimonium quidem sine necessitate ferentes.

§ 4. Senatorum aut oratorum legibus ferendis, quos *deputatos* vocant, munus ne sollicitent neve acceptent sine licentia Sanctae Sedis in locis ubi pontifica prohibitio intercesserit; idem ne attentent aliis in locis sine licentia tum sui Ordinarii, tum Ordinarii loci in quo electio facienda est.

CAN. 140

Spectaculis, choreis et pompis quae eos delectent, vel quibus clericos interesse scandalo sit, praesertim in publicis theatris, ne intersint.

CAN. 141

§ 1. Saecularem militiam ne capessant voluntarii, nisi eum sui Ordinarii licentia, ut citius liberi evadant, id fecerint; neve intestinis bellis et ordinis publici perturbationibus opera quoquo modo ferant.

§ 2. Clericus minor qui contra praescriptum § 1 sponte sua militiae nomen dederit, ipso iure e statu clericali decidit.

CAN. 142

Prohibentur clericci per se vel per alios negotiationem aut mercaturam exercere sive in propriam sive in aliorum utilitatem.

CAN. 143

Clerici, licet beneficium aut officium residentiale non habeant, a sua tamen dioecesi per notabile tempus sine licentia saltem praesumpta Ordinarii proprii ne discedant.

CAN. 144

Qui cum licentia sui Ordinarii in aliam dioecesim transierit, suae dioecesi manens incardinatus, revocari potest, iusta de causa et naturali aequitate servata; et etiam Ordinarius alienae dioecesis potest ex iusta causa eidem denegare licentiam ulterioris commorationis in proprio territorio, nisi beneficium eidem contulerit.

TITULUS VIII

Caput VIII

De vicariis foraneis.

CAN. 445.

Vicarius foraneus est sacerdos qui vicariatui foraneo, de quo in can. 217, ab Episcopo praeficitur.

CAN. 446.

§ 1. Ad munus vicarii foranei Episcopus eligat sa-

cerdotem quem dignum iudicaverit, praesertim inter rectores ecclesiarum paroecialium.

§ 2. Vicarius foraneus ad nutum Episcopi amoveri potest.

CAN. 447.

§ 1. Vicario foraneo, praeter facultates quas ei tribuit Synodus provincialis vel dioecesana et secundum normas in eadem Synodo legitime statutas vel ab Episcopo statuendas, ius et officium est invigilandi potissimum:

1.º Num ecclesiastici viri sui ambitus seu districtus vitam ducant ad normam sacrorum canonum suisque officiis diligenter satisfaciant, praesertim circa residenciae legem, divini verbi praedicationem impertiendam, pueris atque adultis catechesim et obligationem infirmis assistendi;

2.º Num decreta lata ab Episcopo in sacra visitatione exsecutioni mandentur;

3.º Num debita cautelae circa materiam Sacrificii Eucharistici adhibeantur;

4.º Num decor et nitor ecclesiarum et sacrae superilectilis, maxime in custodia sanctissimi Sacramenti et in Missae celebratione, accurate servetur; an sacrae functiones secundum sacrae liturgiae praescripta celebrentur; bona ecclesiastica diligenter administrentur, adnexaque illis onera, in primis Missarum, rite impleantur; recte conscribantur et asserventur libri paroeciales.

§ 2. De iis omnibus ut reddatur certior, vicarius foraneus debet, statutis ab Episcopo temporibus, sui districtus paroecias visitare.

§ 3. Pertinet etiam ad vicarium foraneum, statim atque audierit aliquem sui districtus parochum graviter aegrotare, operam dare ne spiritualibus ac materialibus auxiliis honestoque funere, cum decesserit, careat; et curare ne, eo aegrotante vel decedente, libri, documenta,

sacra supellex aliaque quae ad ecclesiam pertinent, de-
pendant atit asportentur.

CAN. 448.

§ 1. Vicarius foraneus debet, diebus ab Episcopo designatis, convocare presbyteros proprii districtus ad conventus seu collationes de quibus in can. 131 eisdemque praeesse; ubi vero plures habeantur huiusmodi coetus in variis districtus locis, invigilare ut rite celebrentur.

§ 2. Si non sit parochus, debet residere in territorio vicariatus vel alio in loco non valde distanti secundum normas ab Episcopo definiendas.

CAN. 449.

Saltem semel in anno vicarius foraneus proprii vicariatus rationem reddere debet Ordinario loci, exponens non solum quae intra annum bene gesta sint, sed etiam quae mala obrepserint, quae scandala exorta sint, quae remedia ad ea reparanda adhibita et quidquid agendum existimet ad ea radicitus extirpanda.

CAN. 450.

§ 1. Vicarius foraneus sigillum habeat vicariatus proprium.

§ 2. Praecedit omnibus parochis aliisque sacerdotibus sui districtus.



Provisorato y Vicaría general del Obispado

EDICTO

Nos el Dr. D. Ricardo Canseco Salgado,

Canónigo Doctoral de la S. I. Catedral de esta Ciudad, Provisor y Vicario General de la misma y su Obispado, etc.

Hacemos saber: Que el Beneficio curado de Sta. Marina de Bolaños de Campos y el de La Asunción de Mogrovejo se hallan canónicamente vacantes por defunción de sus últimos poseedores, D. Julio de la Rosa Flores y don Tomás del Campillo y Bedoya En su consecuencia, por el presente se cita, llama y emplaza a cuantos se crean con derecho al patronato activo de los expresados Curatos para que lo ejerciten dentro del cuatrimestre canónico; pues de no hacerlo, se declararán *de jure devoluto*, por esta vez y vacante; entendiéndose que el mencionado plazo de cuatro meses principia a contarse desde la publicación de este Edicto en el BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO

Dado en León á veintisiete de Marzo de mil novecientos diez y ocho.—Dr. Ricardo Canseco.—Por mandado de S. Señoría, Lic. Santos del Campo.



Nos el Dr. Don Celedonio Pereda,

Canónigo de la S. I. Catedral de León, y Delegado general de Capellanías del Obispado para la instrucción de expedientes sobre conmutación y redención de Capellanías familiares y otras fundaciones análogas, por nombramiento del Ilmo Sr. Obispo de la Diócesis, Dr. D. José Alvarez Miranda.

Hacemos saber: Que en cumplimiento de lo dispuesto en el Convenio últimamente celebrado con la Santa Sede y publicado como ley del Estado por Real decreto de 24 de Junio de 1867, sobre el arreglo definitivo de las Capellanías colativas de sangre y otras fundaciones piadosas de la propia índole, y principalmente en la parte a que se refieren sus artículos 12 y 13 y los 34 y 35 de la instrucción acordada entre el M. R. Nuncio Apostólico y el Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia para llevarle a debida ejecución, esta Delegación está instruyendo el oportuno expediente promovido por D. Bernardino Martínez, vecino de Valdescorriel para la conmutación de rentas de la Capellanía de S. Facundo, fundada en la parroquia de Vega de Villalobos y vacante por defunción de su último poseedor, D. Pedro Felipe García.

Por tanto, en virtud de este edicto se cita, llama y emplaza a los encargados del patronato activo, a los interesados en el pasivo y en general a todos los que se crean con derecho a los bienes que constituyen la enunciada Capellanía para que en el término de treinta días contados desde esta fecha comparezcan en dicho expediente a exponer el que creyeren convenirles, bajo apercibimiento

de que pasado este plazo, se procederá, sin su audiencia, a determinar lo que corresponda, parándoles el perjuicio que hubiere lugar. Y para que surta los efectos consiguientes, por acuerdo de esta misma fecha, hemos resuelto librar el presente, que se fijará en las puertas principales de la citada iglesia y se insertará en los *Boletines Eclesiástico del Obispado y Oficial de la provincia de Zamora*.

Dado en León a 11 de Marzo de 1918.—Dr. Celedonio Péreda.

Collationes Morales pro Mense Aprilis

Animadversio

Ut, ea qua par est obedientia, executioni mandetur, quod Rdmus. hujus Dioecesis Episcopus, in Circulari sub n.^o 70, sapienter disposuit, a quaestionibus dogmaticis nunc supersedendo, quaestiones canonico-morales et liturgicae tamquam collationum objectum, solummodo proponentur.

COLLATIO 1.^a

Quaestio 1.^a

Exponatur doctrina (De obligationibus clericorum) quae in novo Codice continetur, a Canone 124. usque ad Can 129, hoc ultimo excluso.

Cuaestio 2.^a

Exponantur quae ad obligationes clericorum pertinent, et in Canonibus 129-130-131-et 132, contenta inventiuntur.

COLLATIO 2.^a

Quaestio 1.^a

Exponantur clericorum obligationes prout in canonibus 133-134-135-et 136-continentur.

Quaestio Lithurgica

In ecclesiis in quibus una tantum Missa celebratur quando prohibitum sit Missan pro defunctis celebrare.

Nombramientos

Previa oposición y por R. O. del 13 del último mes de Marzo, fué nombrado Beneficiado 2.^o Maestro de Ceremonias de la S. I. Catedral el Rvdo. Presbítero Lic. D. José Alonso Rodríguez, Capellán-Mayordomo del Ilmo. y Reverendísimo Sr. Obispo, propuesto en primer lugar de la terna, el que tomó posesión de dicho Beneficio el 1.^o de los corrientes.

El Ilmo. y Rvdmo. Sr Obispo se ha dignado nombrar: Cura Ecónomo de Lois al Rvdo. D. Aurelio de Santiago y Muñoz.

Cura Ecónomo de Fontecha del Páramo y anejo Poblada, al Rvdo. D. Mariano Grajal Regaliza.

Cura Vicario de Bustillo de Chaves, al Rvdo. D. Amadeo Marcos Montiel.

Cura Vicario de Tablares, al Rvdo. D. Gregorio Colmenares.

Cura Encargado de Añoza, al Rvdo. D. Ambrosio González de la Bárcena.

Ejercicios Cuaresmales en la Ciudad

El Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo, con el fin de facilitar a los fieles de la Ciudad el cumplimiento del precepto pas-
cual acordó la celebración de ejercicios Cuaresmales en las Parroquias de San Martín, San Marcelo, Nuestra Se-
ñora del Mercado y Santa Marina y en las iglesias de San Francisco de la Vega y Santa Ana.

Con gran concurrencia a todos los actos y a la Co-
munión general con que se puso término a dichos ejerci-
cios, se celebraron éstos, del tres al diez de Marzo, en la
parroquial de San Martín y en San Francisco de la Vega;
del diez al diez y siete, en la de San Marcelo; del diez al
catorce en la filial de Santa Ana; del quince al veintidos,
coincidiendo con la novena a la Santísima Virgen de los
Dolores, en la de Nuestra Señora del Mercado y desde el
diez y siete al veinticuatro en la de Santa Marina.

Los Rvdos. PP. Capuchinos, que les dirigieron fue-
ron Fr. Mariano de Argañoso, Fr. Paulino de Cervatos y
Fr. Diego de Palazuelo, siendo muy numerosa la concu-
rrencia de fieles en las Iglesias, y altamente consolador
el fruto recogido por las numerosas Comuniones que en
las mismas se distribuyeron, tanto en las Iglesias de San
Martín, San Marcelo, Nuestra Señora del Mercado y San-
ta Marina por el Rvdmo. Prelado que celebró la Santa
Misa, como en las otras dos.



Funciones de Semana Santa

Con la solemnidad acostumbrada se han celebrado este año las funciones de Semana Santa en la Santa Iglesia Catedral.

Domingo de Ramos —El Ilmo. y Rvdmo. Prelado revestido de los ornamentos Pontificales, y, después de cantada Tercia, bendijo solemnemente las Palmas e hizo la distribución de las mismas al Excmo. Cabildo y dependientes de la S. Iglesia, organizándose acto seguido, la procesión, desde la Catedral a la parroquia de San Marcelo, celebrándose a su regreso la Misa solemne a la que asistió de Medio Pontifical Su Sría. Ilma., se cantó la Pasión, y el Sermón fué predicado por el M. I. señor Lic. D. Miguel Alvarez, Canónigo-Prefecto de Ceremonias.

Miércoles Santo —Su Sría. Ilma. asistió a las cinco de la tarde a los Maitines solemnes, y la Capilla de la misma Santa Iglesia, reforzada con valiosos elementos, interpretó las Lamentaciones y Miserere.

Jueves Santo --Terminada Nona el Rvdmo. Sr. Obispo celebró Misa Pontifical, bendiciendo y consagrando, dentro de ella, los Santos Oleos, y presidió la procesión del Santísimo hasta el monumento. Nuestro amantísimo Prelado ofició a las tres de la tarde la commovedora ceremonia del Lavatorio de los pies a los doce pobres, que de distintos puntos de la Diócesis fueron designados para este efecto, y al final de ella predicó el Sermón del mandato el Rvdo. Sr. D. Rogelio Arias, Beneficiado de la S. I. Catedral, concurriendo a tales actos gran muchedumbre de gente.

Terminada dicha ceremonia, el Ilmo. y Rvdmo. Señor Obispo, acompañado de los socios de la Adoración Nocturna, comisión del Excmo. Cabildo y una sección de semi-

naristas, visitó los sagrarios de la Real Colegiata, Capilla de RR. Agustinas, San Marcelo, Nuestra Señora del Mercado, San Martín y Catedral, siguiendo a la comitiva numerosos fieles.

Viernes Santo. — A las seis de la mañana, predicó el Sermón de Pasión el M. I. Sr. Dr. D. Celedonio Pereda, Canónigo de la Santa Iglesia Catedral; a las nueve el Reverendísimo Prelado celebró los oficios propios del día. De la Iglesia de Santa Nonia salió la procesión de los PASOS recorriendo las calles de costumbre en medio del mayor orden. Por la tarde a las seis, de la misma Iglesia salió la procesión del SANTO ENTIERRO que presidió el Ilmo. Sr. Obispo, asistiendo el Ilmo. Sr. Gobernador Civil, nutrida representación del elemento militar y comisión del Excmo. Ayuntamiento presidida por el T. Alcalde don Miguel Eguiagaray, la muchedumbre que la presenció observó las reverencias debidas, dando pruebas de su fe y fervor religioso.

Domingo de Resurrección. — A las nueve, y después de cantarse Tercia solemne y verificada la procesión por el interior de las amplias naves de la Catedral, el Reverendísimo Prelado celebró Misa de Pontifical. Predicó en esta solemnísima fiesta el Rvdo. Sr. D. Rogelio Arias, Beneficiado de la misma Santa Iglesia.

Su Sría. Ilma. y Rvdma., usando de las correspondientes Facultades Pontificias, dió al final de la Misa, la Bendición Papal con Indulgencia Plenaria, la que fué recibida con gran piedad, devoción y recogimiento, por muchísimos fieles que concurrieron al primer templo de la Diócesis, deseando aprovecharse de gracia tan extraordinaria.



Misiones en Potes y Perrozo

El dia 18 del pasado mes terminaron felizmente las que durante diez días dieron en la Villa de Potes (Liébana) los RR. PP. de la Compañía de Jesús Marcelino de la Paz y Sisinio Nevares

Todos los actos estuvieron concurridísimos y las comuniones distribuidas el último dia fueron 700, y más de dos mil en todos ellos.

El Señor haga que perseveren tan copiosos frutos.

El domingo 16 el R. P. Nevares dió una conferencia de acción social ante numeroso auditorio de toda la región lebaniega.

A continuación de la anterior misión, dió otra en la parroquia de Perrozo el R. P. Marcelino de la Paz, asistiendo los fieles de las parroquias limítrofes, siendo consolador el fruto obtenido en la misma a juzgar por el número de Comuniones distribuidas.

Peregrinación al Sepulcro de San Pascual

Para celebrar el tercer centenario de la Beatificación del glorioso San Pascual Bailón, declarado por el inmortal León XIII Patrono de todos los Congresos, Asambleas, Congregaciones, Cofradías, Obras y Devociones Eucarísticas, *que existen y pueden existir*, se proyecta que desde el día 10 al 20 del próximo mes de Mayo se organicen peregrinaciones nacionales, extranjeras, diocesanas, provinciales y locales a Villarreal de los Infantes, provincia de Castellón de la Plana y diócesis de Tortosa, para visitar el sepulcro del enamorado de la Eucaristía y rendir a Jesucristo Sacramento grandiosa manifestación de fervidos amores y testimonio de profunda adoración.

Con tal motivo Su Santidad, el Papa Benedicto XV, felízmente reinante, se ha dignado conceder la gracia especialísima de un Jubileo para el día 17 de Mayo y una indulgencia plenaria durante todo el mes a los que visiten la iglesia donde se conserva el cuerpo del glorioso Santo.

La Junta organizadora de dichas peregrinaciones, invita por medio de una Circular entusiasta a los Sacerdotes Adoradores de la Unión Apostólica, Congregaciones Religiosas, Secciones de la Adoración Nocturna, Coros de los Jueves Eucarísticos, Marias de los Sagrarios, Guardia de Honor, Camarerás de Jesús Sacramentado y demás Asociaciones Eucarísticas, así como a los católicos todos, cualquiera que sea su posición, a que hagan un esfuerzo para cooperar a la magnificencia del proyecto.

Lo que se anuncia para conocimiento de los fieles que deseen tomar parte en este piadoso homenaje al celestial Patrono de todas las Asociaciones Eucarísticas de la Iglesia Católica y genuína gloria de nuestra nación Española.

Suscripciones abiertas en el Obispado de León

Para el dinero de San Pedro

	PTAS CTS.
El R. Sr. Vicario de Valderrábano.....	1 50
El R. Sr. Párroco de Zorita de La Loma.....	2 00
El R. Sr. Párroco de Pobladura de Bernesga....	2 50
El R. Sr. Párroco de Pontedo.....	2 50
El R. Sr. Párroco de Barniedo.....	2 50
De Avellanedo.....	3 10
El R. Sr. Párroco de Villacidayo.....	2 00
El R. Sr. Arcipreste-Párroco de Cea.....	15 00
D. ^a Concepción Escudero, vecina de Valdun- quillo.....	200 00

El R. Sr. Párroco de Tejerina.....	18	00
El R. Sr. Párroco de Arbejal.....	4	30
El R. Sr. Párroco de La Llama de la Guzpeña...	3	00
De Valbuena.....	2	00
De Salamón.....	3	50
El R. Sr. Encargado de Valbuena.....	2	00

Para los Santos Lugares de Jerusalén

De Valdunquillo.....	2	50
R. Sr. Cura Párroco de Villarmún.....	1	00
De Prado de Villalpando.....	6	00
De Boada de Campos.....	0	50
D. ^a Leona González, vecina de la Villa del Monte.	2	50

Para las Misiones de África

De Villalobar.....	4	50
De Villarrabé.....	5	50
De La Mata de la Riva.....	6	00
El Ecónomo y fieles de Vegamián.....	12	55
De Valdespino-Vaca.....	4	00
De Almanza.....	11	00
De Canalejas.....	11	10
De Villamuñío.....	6	50
De Villavicencio.....	2	30
De Valdemorilla.....	6	25
De Roales de Campos.....	9	00
De Valderrueda.....	9	60

(Se continuará).

NECROLOGIA

Núm. 4.^o

El día 22 de Marzo último falleció en la paz del Señor, habiendo recibido los Santos Sacramentos y la Bendición Apostólica el R. Sr. Cura Párroco de Bolaños de Campos y Teniente Arcipreste del distrito de Aguilar, don Julio de la Rosa Flores, a los 38 años de edad y 12 de ministerio Sacerdotal.

Núm. 5.^o

También falleció santamente, después de recibir los Santos Sacramentos y la Bendición Apostólica, el día 23 del citado Marzo, el R. Sr. Cura Párroco de Mogrovejo don Tomás del Campillo y Bedoya a los 46 años de edad y 19 de ministerio Sacerdotal.

Núm. 6.^o

El mismo día 23 de dicho mes, falleció en la paz del Señor, habiendo recibido los Santos Sacramentos y la Bendición Apostólica, el Rvdo. Sr. D. Julián Alvarez Suárez, ex-párroco de Fontecha del Páramo, a los 88 años de edad y 64 de ministerio Sacerdotal.

R. I. P.

Pertenecían a la Asociación y tenían aplicadas las Misas, por lo que todos los Asociados aplicarán por ellos la Misa de Reglamento.

El Ilmo. y Rvdmo. señor Obispo ha concedido cincuenta días de indulgencia a todos los que en sufragio del alma de los finados elevaren a Dios alguna oración o hicieren algun acto de penitencia.

Bibliografía

Del Amo, Acedo y Compañía (editores). —Nueva Librería Católica.—
Bordadores, 9. Apartado 719. Teléfono 5027. Madrid.

OBRA NUEVA

CATECISMO DE LAS RELIGIOSAS, SEGÚN EL CÓDIGO DEL DERECHO CANÓNICO, por D. Fidel Galarza, Presbítero-Visitador general de Religiosas del Obispado de Madrid-Alcalá. Esta obra, única en su género y la primera publicada con arreglo a las novísimas disposiciones de la Santa Sede, interesa a las superioras de Comunidades, a los confesores de monjas, a los visitadores de religiosas, a los provisores de Obispados, a los párrocos, a los abogados y a todo el Clero en general, pues los asuntos de que trata, perfectamente explicados y compendiados en un copioso índice alfabético, son de vital interés para religiosas y eclesiásticos. Este libro se ha hecho en edición de bolsillo, de fácil y cómodo manejo.

Precio: 1'25 en rústica y 1'75 en tela.